# TRACTATUS DE SENATORIBUS

SIVE

# COMMENTARIA

Ad N. C. Mediolani hoc titulo.

*OPUS NOVUM*

Vtile, & necessarium maximè Tribunalibus Supremis.

*Continens ferè omnia concernentia illorum auctoritatem, & præseferens maximam eruditionem.*

AUCTORE

## IULIO CÆSARE RUGINELLO

I. C. MEDIOLANI.

Cum Summarijs, & duplici Indice, altero Argumentorum, & altero Materiarum.

*CUM PRIVILEGIIS.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

MEDIOLANI, M.DC.XCVII.

Ex Typographia Caroli Iosephi Quinti ad Platea Mercatorum.

*SUPERIORUM PERMISSU.*

# ILLVSTRISSIMO D. D. COMITI

# DON LVCAS PERTVSATO

## Supremi Italiæ Consilij Regenti, & Excellentissimi Mediolani Senatus Præsidi meritissimo.

E*Xcitauit me ad editionem huius Operis fama celeberrimi Auctoris, & Illustrissimus ex amplissimis Patribus* Bonettus in eius Armamentario cap. 4. §. 3. n. 7. per hæc verba. *De Senatu Excellentissimo huius Prouinciæ Mediolani plura congesserunt Horatius Landus peculiari tractatu.* Garon. in comment. ad tit. de Senatoribus in N. C., *& multò plura eruditissimè* Ruginell. simili commentario adhuc tamen non impresso; *& cum vidissem alia encomia Auctoris, & eius antiquissimæ familiæ penes Picinellum* nel suo Ateneo de' Letterati Milanesi, *in verbo* Giulio Cesare Ruginello, *vbi inter cætera asserit:* Giulio Cesare Ruginello famoso Iurisconsulto hebbe l'intelletto non ruginoso, mà così terso, che seppe dar al Mondo Volumi, che seruono d'alto Magistero a' Professori, e vengono dall' Excellentissimo Senato molto apprezzati: *& quia noster Auctor in casu peculiari laudatur* à Pacichel. de dist. cap. 11. n. 13. in medio, *eo, quod benè ponderauit quæ-stionem, ac vrgentibus insignioribus etiam virtutum, antiquitatis, & nobilitatis documentis per nobilem eius successorem Balthassarem impressioni commendatis, illicò inuasit me zelus efferuescentis deuotionis ergæ Amplissimum hunc Ordinem, vt statim opus, cui deficiebat integer Index materiarum, egomet complene-rim, proprijsque sumptibus ad illud typis committendum euolauerim in pignus, testimonium, ac tributum humilimi obsequij, cui quoque adnectenda paraueram collectanea singularium Dominij Mediolani, nec addidi, quia creuerunt in integrum volumen breui edendum.*

*Verùm vix cogitare audebam de opere dicando meritissimo tantæ Maiestatis Præsidi territus radijs absolutæ, altæ, ac supremæ auctoritatis Excellentissimo huic Senatui in rebus Iustitiæ spectantis, in quibus priuatiuè etiam, quo ad Excellentissimum Gubernatorem omnia potest, vt ex* ord. vormat penès Garon. à pag. 27. vsque ad 30., *quos exornat Illustrissimus Senator* Bonet. in suo Armament. cap. 25. n. 17., & Sadarin. respons. 12. num. 113., & seqq.

*Tum quia Amplissimus hic Ordo maximam habet auctoritatem, & eam, quam habet ipsemet Rex Hispaniarum circa Iustitiæ administrationem.* Oldrad. de rescriptis prælud. 1. n. 7. p. 1., *& ipsum Regem repræsentat* n. 4., *ac eius vices, & voces gerit, Supremusque Dominus, cum à Maximo Principe, & Cæsare auctoritatem habeat*, n. 14., & 16.

*Et Diuino quodam afflatu sancire solet suas Sanctiones* Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 1. num. 24. *Quam-obrem vt alij tutiùs iudicent possint graui exemplo Sacri huius Concistorij causas definire, etiam si casus esset dubius Illustrissimus, ac Doctissimus Senator Redenascus dignus tanto filio successare virtutum, & dignitatis, optimè de Republica merito* conf. 84. lib. 1. num. 15. *ibique referuntur nonnulla erudita carmina in laudem Senatus Excellentissimi, qui pariter vocatur maximus, optimus, & prudentissimus* Oldrad. de rescriptis prælud. 1. par. 1. n. 26., *& Excellentissimus* n. 45., *adeò vt maximæ, supremæque eius auctoritatis gratia, vbi ipse declarauit aliquid, sufficit dicere, ita consuisse Excellentissimum Senatum, nec sit quidquam vlterius quærendum.* Bonden. dicto loco, *& eius decisio, à quo tamquam à Delphica Cortina certa redduntur oracula, facit ius, quo ad omnes* Sadarin. respons. 46. num. 32., & 33. *imò pro lege habetur.* Idem dicto loco, & Tranchedin. conf. 3. num. 7. *Illustrissimus, & eruditissimus Senator* Redenasc. conf. 86. num. 16., & seqq., *& potest condere legem, etiam, si sit contra communem* Cardinalis Tuscus litt. S. verbo Senatus Mediolani, *vbi alia in eius laudem: nec tenetur seruare Statuta, etiam à Principe approbata* Boss. pract. crim. tit. de homicid. num. 43., *& singulare est, quod scripsit* Cauat. in oculo Reipub. par. 4. num. final. *Excelsum nostrum Senatum esse multorum Regum consessum, & vti talem humiliter venerari ad instar Romani.*

Insini-

# Summa Capitum §. primi.

## PRÆFATIO.

**DE SENATORIBVS.**

- *Senatus quid sit.*
- *Senatus Mediolanensis origo qua.*
- *Senatusconsultum quid.*
- *Senatus constituendi causa.*

**§. Primus.**

**Vnus tantum in Dominio Mediolani Senatus sit.** — Glos. I.

- *Senatus cur vnus tantum.*
- *Senatum vnum esse, an melius sit, quàm in classes, aut decurias diuisum.*
- *Dominium verbum in hoc textu quid significet?*
- *Mediolanensis prouincia descriptio.*

**Mediolanique resideat.** — Glos. II.

- *Senatus Mediolani cur residere debeat.*
- *Mediolanum vrbs qua.*
- *Residere quis dicatur.*
- *Residens in suburbijs vel propè vrbem, an dicatur in vrbe residere.*

**Præses & Senatores.** — Glos. III.

- *Præses quis. Præsidis munus cæterorum grauissimum.*
- *Præsides Mediolanensis Senatus quot hactenus fuerint, & eorum encomia.*
- *Senator vnde dictus.*
- *Senatorum numerus.*
- *Senatores à quibus nominentur, approbentur, & legantur.*
- *In Præsidis & Senatoris demortui locum curandum omnino esse, vt magis idoneus R. M. nominetur, proponaturue.*
- *Nominationem qua minus æquam, vel suspectam reddant.*
- *Nominatio vtrum suffragijs apertis, vel tacitis, aut forte facienda.*
- *Nominatione indignum qua vitia faciant.*
- *Aetas legitima in Senatore qua.*
- *Vxorem qui habet, esse ad Senatoriam dignitatem R. M. proponendum.*
- *Paupertas an obesse possit, ne quis ad gradum Senatoris ascendat.*
- *Infirmitas corporis an obesse debeat, ne quis fiat Senator.*
- *Aspectus & forma corporis in Senatoribus deligendis attendi debet.*
- *Mores, eius qui nominandus, esse spectandos.*
- *Grauitatem in Senatore necessariam esse.*
- *Bonum virum esse debere candidatum, & quibus signis vir bonis dignoscatur.*
- *Iurisperitis, qui consulendo, aut publicè legendo operantur, vtrum munus senatorium sit discernendum an illis potius qui in Aduocati, patronive aut iudicis officio sunt versati.*
- *Digniores esse proponendos.*
- *Digniores, & meliores qui dici possint.*
- *Digniores, qui non nominat, vel non legit, grauiter peccare.*
- *Familia eiusdem an liceat duos in Senatu esse.*
- *Oriundi ex vnaquaque huius Dominij Ciuitate an sint eligendi.*
- *Aduenæ & peregrini an sint eligendi.*
- *Clerici & religiosi an in Senatum legendi.*
- *Equites an inter Senatores liceat cooptare.*
- *Rogati inuitive potius quam petitores an sint nominandi vel legendi, & vtrum liceat honores vltro oblatos repudiare.*
- *Vincentis in locum neminem esse proponendum, legendumue.*
- *Disputandum non esse de electo.*
- *Magistratus petendi qui mos apud veteres fuerit.*
- *Qui nunc apud nos mos legitimus sit.*

- *Senatus locus qualis.*
- *Senatus pro tempore habendus.*
- *Senatum adire qui cogendi.*
- *Sedere cur debeant Præses & Senatores.*

A Quod

## SVMMARIVM.

1 *Quæ ratione Author hæc sua ediderit commentaria.*
2 *Reprehensos in sacra scriptura fuisse qui talenta in terram absconderunt.*
3 *Cur titulum hunc de Senatoribus, & non alium huius constitutionis tit. sit Author aggressus, & num. seq.*
4 *Constitutio de Senatoribus est omni iuris varietate referta, & num. seq.*
5 *Rescriptorum Sedes ad tit. de Senatoribus ratione accomodatur.*
6 *Omnia, quæ in hoc tit. de Senatoribus pertractantur, referuntur.*
7 *Aliorum scribentium imitatio non improbanda.*
8 *Cur scribentium dicta de verbo ad verbum citentur.*
9 *Amplitudinem Senatus Mediolanensis non satis notam exponere intendit Author.*
10 *Ordinem scripturæ, proprietatemq; verborum, ac dicendi communem vsum sequutus est Author.*
11 *Iudices eos interpretes sequi quos agnoscunt in singulis materijs quamplurima congessisse, & maxime controuersa pertractasse.*
12 *Rationibus, & auctoritatibus grauissimorum virorum saltem credendum.*
13 *Non paruifacienda ea, quæ ad iusti imperij effigiem inducuntur.*
14 *In longiori scriptura doctiores quandoque lapsos, & quomodo aliorum scripta intueri liceat. num. 15.*
16 *Ex huius primæ partis lectione geminam lector consequi poterit vtilitatem.*